



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

195. Christi cibus, voluntatem Patris facere.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

VITÆ

D. N. JESU
CHRISTI

Monotestaron Evangelicum.

PARS V.

*De doctrina Christi, quam claris ver-
bis tradidit.*

ADHORTATIO.

Qui vult plenè & sapidè Christi verba in-
telligere; oportet, ut totam vitam suam
illi studeat conformare. *Thomas à Kempis*
lib. 1. de Imitat. Christi, cap. 1. §. 2.

MEDITATIO CXCV.

*Didagma I. Christi cibus, voluntatem
Patris facere.*

I. Rogabant eum discipuli, dicentes: Rab-
bi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego
cibum habeo manducare, quem vos nescitis.
Ioan. 4. v. 31. & 32.

II. Dicebant ergo discipuli ad invicem:
Num-

Numquid aliquis attulit ei manducare?

Ioan. 4. v. 33.

III. Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. *Ioan. 4. v. 34.*

MEDITATIO CXCVI.

Didagma II. Christus invitatur discipulos, ut in opere Dei secum collaborent.

I. **N**onne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. *Ioan. 4. v. 35.*

II. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verum, quia alius est, qui seminat, & alius, qui metit. *Ioan. 4. v. 36. & 37.*

III. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. *Ioan. 4. v. 38.*

MEDITATIO CXCVII.

Didagma III. Christus tres sequi se cupientes instruit.